



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Maximiliani Sandaei E Societate Iesv Doctoris
Theologi Architectura Christiana**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae Agrippinae, 1653

11. [i.e.12.] Muri ex Glacie à quibusnam construantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46065)

ARTICULVS XII.

MURI EX GLACIE

A quibus-nam construuntur.

DIVERSAM ab hætenus nominata ad Muros materiam Aquilonares adhibent: construunt enim parietes ex glaciei fragmentis, ea ratione formaque compactis, quibus marmora componuntur. Olao teste: sicut enim, inquit, bello terrestri fossæ ac valla fiunt ab iis humo lignis congestis, ita glaciei fragmentis mari constituuntur. Sed ô futile munimentum! quod ad radiorum solarium repercussum ignisque odorem liquefcit. Heu quam multi Aquilonaribus similes Parietem-Spei suæ ex glaciei fragmentis cõstruere conãtur. Nimirũ, qui in operibus omni Caritatis calore destitutis & malitiæ frigore congelatis Spẽ fiduciamq; suam collocant: qui gloriantur in peccatis, qui gaudent cum malè fecerint, qui exultant in rebus pessimis. Sed murus iste ad Solis Justitiæ conspectum, ut glacies liquefit ac diffluit.

(*) *Olauus lib. II. cap. 20. & 21.*

ARTICULUS XIII.

PARIES - SPEI EX LUTO

A quibus construatur.

REPERIUNTUR nonnulli, sed imperiti planè Architecti, qui ex mero luto, neque sole neque igne dura-